apparatus, alterum commeatus et militum stipendium. binas
itaque classes, binosque item exercitus parandos esse
censet. alteram classem alterumque exercitum maiorem
alteram classem alterumque exercitum minorem. maiorem
classem longarum quinquaginta navium esse suadet
sed ad vehendos equos addendas esse naves onerarias
et vectoriorum navigiorum quantum satis vide-
at. Copias tam pedestres quam equestres ad instruen-
dam eam classem imbarcandas esse censet atque hunc omnem
apparatum in procinctu domi esse iubet ad Macedonis
conatus et repentinas incursiones, in Thermopylas
Creteronem et quocunque alio. Minorem classem ait
placere sibi ut decem tantum sit longarum navium
iis tot onerariae addantur quot sufficiant ad ducendos
equos. totidem vehendos equites, placere praeterea
ut copiae pedestres equestresque ita sint intermixtae
ut in duo millia peditum equites ducenti sint futuri
4a pars peditatus, quarta etiam pars equitatus sit urbana
ita fiebat ut in peditatu quingenti essent cives in
equitatu quinquaginta, caeteri externi essent ac mer-
cenarii. reddit etiam in eo toto rationem cur tam parva
classe, tam exiguis copiis cur etiam intermixtis
militibus bellum gerendum esse suadeat, ostendit

http://digital.slub-dresden.de/ppn346358779/70